

ben bringen würde. Oder wenn einer einen guten Schiff-
man gehen liesse/ und auff bitte seines guten Freundes den
aller schlimmsten annehme. Behüte ewiger GOTT! sollte
auch wol einer ein Vater sein und heißen/ und der Freunde
Gunst höher achten/ als seiner eigenen Kinder unterweisung?
B. S. W. Hactenus Plutarchus,

Verumenimverò ut ignis fatuus, qui veri speciem mentitur,
viatores bene multos ludit, in diversa extra viam trahit, in peri-
cula præcipitat præsentissima: sic & hic non rarò contingit.

Quia Schola publica ita vulgò contemnitur, quod lippis &
tonforibus notum.

Quia apud Peregrinos, qui magnis sumptibus suos in Scho-
lâ sovent Liberos, malè audire incipit.

Quia Discipuli Aliorum exemplo seducti, Scholam & pub-
licam institutionem odise incipiunt, aut saltem dubij redduntur.

Quia domi ita facti, & in umbrâ educati, publicas lectio-
nes in ipsis quoque Academiis, unaque Professores aspernantur.

Quia prodest multum in Discipulis æmulatio, quæ ὀφθαλμῶν
& ῥωπύγῳ, incitamentum maximum & stimulus ad diligen-
tiam: commodant laudationes, emolumentum plurimum adferunt
vituperationes, poenæ & premia. Laus stimulat Juvenes, veluti
poppysina caballum. Quemadmodum enim metalla mutuo attritu
splendent, neglecta verò rubigine consumuntur: ita quoque animus
humanus dum in publicâ hominum societate versatur, ex politur
& resplendescit; solitarius æruginem quasi contrahit & tor-
pescit.

Quia liberi in Republ. sunt communes quoad usum; quia ad
civitatem nati. Itaque & horum institutio communis esse debet &
publica.

Quia maxima eruditionis pars est non domestica modo, sed
& peregrina meminisse.

Quia omnium iudicio pluri sunt illi, qui publicè instituti,
quàm qui privatim eruditi. Has ob causas Perse quondam pueros
suos publicè informari curabant, ut & Spartani. Et hæc origo
fuit Monasteriorum & Academiarum.

Quia

4. A plurimis in
Scholam publicam
incommodis.

5. A Discipulorum
non parvis inter-
trimentis.

Doct. Müller in
Hamb. Schul-
Predigten p. 170.

Plutarch. in vitâ
Lycurgi. Xenoph.
l. 1. instit. Cyri
Polybius l. 6. Hæ-